



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Cursius triplex.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

2. Ti. 2.

plum. Vnde Paulus ad Timoteum. Noli uerbis contendere ad nihilum enim utile est, nisi ad subuersionem audientium. Ambrosius. Collatio inter dei seruos esse debet, non alteratio. Secundum est, quia contentio-  
sus diabolo adsimilatur. Vnde sanctus Ambrosius dicit. Nihil est similius actibus demonum quam litigare. Dia-  
bolus enim semper querit contentio-  
nes, & lites, sic & peruersus. Vnde in  
proverbiis dicitur. Crudelis semper  
iurgia querit; malus autem angelus  
contra eum mittetur. Tertium est;  
quia reddit hominem stultum. Vnde in  
Prou. dicitur. Labia stulti immiscer-  
se rixis, & os eius iurgia prouocat.  
Quartum est, quia ostendit homi-  
nem superbum. Prou. Inter superbos semper iurgia sunt. Idem. Qui se ia-  
stat, & dilatat, semper iurgia con-  
cit.

Ambr.

Pro. 18.

Pro. 18.

Pro. 28.

Pro. 28.

*Cursus triplex.*

**P**rimus, est ad mortem tempora-  
lem. Paralip. ultimo. Dies no-  
stri quasi umbra terram, & nul-  
la est mora. Et Augustinus. Nil aliud  
est tempus praesentis uitæ, quam cur-  
sus ad mortem. Regum decimoqua-

1. Para

lip. ulti

mo.

Augus.

1. Re. 14

G 3

CHRISTIANA

to. Omnes morimur & dilabimur  
quasi aqua super terram, quæ non  
ueritur. Hoc enim cursu currunt pa-  
ni, & magni, nobiles, & ignobiles,  
etiam pueri antequam uadant. Quil-  
bet enim singulis diebus facit una  
dietam ad mortem. Quotidie nos  
morimur, quotidie enim demitur  
qua pars uitæ; & tunc quoque co-  
crescimur, uita decrescit, & ipsi  
quem egimus diem, cum morte di-  
dimus, magna pars eius iam pre-  
rit & quicquid ætatis retro est, me  
terret. Secundus est cursus mo-  
rum, de quo legimus in Hieremias.

Etus est cursus eorum malus, & simi-  
tudo dissimilis. Fortitudo ista potest  
attendi in hoc, quod ipsi sunt forte  
ad malum, & debiles ad bonum, uel  
ces ad currendum ad mortem atti-  
nam, debiles & pigri ad uitam atti-  
nam. Vnde Diuus Bernardus. Magis

confusio, ardentius desiderant fe-  
lares pernitiosa quam nos uilia al-  
crius currunt ad mortem quam nos  
ad uitam. Tertius cursus est bonum,

de quo ait Bernardus. Qui ardenter  
ardentius currit uelocius, & perpe-  
nit citius. Vnde Paulus ad Corin-

thios dicebat. Sic currite ut compre-  
hendatis. Et P. Augustinus. De-

exorans dicebat. Fac me Deus mact-

Hier. 23

80.017

80.017

Bern.

21.11

21.11

Bern.

21.11

21.11

1. Cor. 9

21.11

21.11

Augus.

21.11

21.11

NA  
& dilabim  
que non n  
i currunt pa  
ignobiles.  
adant. Qu  
s facit un  
otidie nam  
a demitur  
quoque co  
it, & ipsa  
morte d  
iam pra  
ero est, me  
urus m  
Hierem  
lus, & fues  
do ista pos  
i sunt for  
onum, ne  
ortem et  
uitam et  
rdus. Mag  
derant sec  
s utilia al  
n quam an  
us est bon  
s. Qui am  
s, & periu  
s ad Cor  
e ut compo  
nus. Den  
Deus iness

INSTITV TIONE 76  
toto corde intendere, uiriliter cur  
rere, feliciter peruenire, &c.

*Cor durum tria incommoda  
sustinet.*

P Rimum est, quod spiritui san  
cto resistit. Act. septimo. Duq  
ra ceruice, & in circuncisis cor  
dibus, & auribus uos semper spiri  
tui sancto restitistis. Secundum est;  
quia in omnibus diabolo consentit  
Vnde Diuus Bernardus. Hoc est pec  
atum quod nec in hoc seculo nec in  
futuro remittitur, quia cor durum &  
induratum, nec compunctione scin  
ditur, nec pietate mollitur, nec præci  
bus mouetur, minis non cedit, flagel  
lis induratur, præteriorum obliui  
scens, præsentium negligens, futura  
non præuidens, nec Deum timet, nec  
hominem reueretur, quia sic in omni  
bus uis suis adheret diabolo, ut fa  
etus sit unus spiritus cum eo. Tertium  
est, quod in malum finem adducit. Vn  
de Paulus ad Romanos scribens dicit:  
Secundum duritiam tuam, & impene  
tens cor thesaurizas tibi iram in die  
iræ, &c. Ecclesiasticus. Cor durum  
male habebitur in nouissimo, &c.

G 4

A&t. 7.

Bern.

Rom. 2.

Eccl. 3.